



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque  
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

**Coloniæ Agrippinæ, 1687**

De præparatione ad orationem

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](#)

## CÄPUT III.

*De præparatione ad orationem.*

**S**ollicitè ac diligenter ante orationem sacrâ monente Scripturâ, præparare nos debemus, ac disponere, ne potius indignationem adversus nos divinam provocemus. *Ante orationem præpara animam tuam, & ne sis sicut homo, qui tentat Deum;* existimando videlicet fore, ut Deus in tui gratiam faciat miracula, cùm ex parte tua deficias: id quod eveniret, si quis speraret aliquam se recepturum à Deo devotionem in oratione, ad quam ille nullo modo se præpararet.

Et vero nonae Sapiens quivis Regem, aut alium quendam magnæ authoritatis Principem allocuturus, de quibusvis se concernentibus negotiis, omnino præmeditatur materiam, qua de Regi est locuturus, qualiterque se disponat, ut in omnibus eam servet gravitatem, eâque cuncta peragat reverentiâ, qua illius, quicum est locuturus, debetur majestati, præcogitat? Multo igitur amplius ubi quis Deo in oratione cogitat loqui, cumque illo tractare de negotiis animæ suæ salutem, sumque profectum spiritualem concernentibus, omnino sollicitè præmeditari debet, quicum sit locuturus, quamque sit præ se latus & corporis & animæ compositionem, ne forte ignominiosè repellatur, sed potius ut favorabilem obtineat petitionis suæ effectum. Scopus autem universæ istius præparationis, quam nos orationi oportet præmittere, consistit

Eccl. 18.

23.

sistit in phantasiæ nostræ retentione ; cordis pace & cogitationum tranquillitate ; ut ita liberè potentias & facultates nostras applicare valeamus materiae , quam nostræ meditationi præfiximus , considerandæ . Quem scopum ut consequimur duplicis generis præparatio- nes nobis præscribunt Magistri vitæ spiritualis , quarum alteram *remotam* , proximam alteram appellant . Prima removet impedimen ta , secunda vero necessarias apportat disposi- tiones .

*De Præparatione remotæ.*

PRæparatio remota ita dicitur , eo quod nos remote ac veluti à longe disponat ad illam animi tranquillitatem , atque interiorem pa- cem , adeo nobis ad orationis exercitium ne- cessariam . Illa in eo sita est , primo , ut nos metipso custodiamus à defectibus ac pecca- *In quo ge-*  
*tis* , quæ Dei nos conspectu efficere possent *neratim* *præparatio*  
*indignos* , deinde ut interius simus semper *remota* *consistat.*  
*recollecti præcaventes* , ne sensus plus nimio evagentur , omnes cogitationes nostras ob- servantes , & cor nostrum ab omnibus passio- num perturbationibus liberum servantes . Quia omnium illorum , qui sacro huic vacant exercitio , experientiâ comprobatum est , ta- les nos esse in oratione , quales extra illam esse solemus : adeò ut ille qui extra illam so- let esse devorus , recollectus , sensuum mor- tificationi addictus , modestus , & in sua con- versatione sedatus , in ipso orationis exercitio ordinariè magnâ fruatur pace ac tranquillita- te ; cum illi econtra , qui fuerint inde voti , ineptiis dediti , atque in exteriora effusi , cu-